Universitätsbibliothek Paderborn

# Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

12 De quaternarijs & praeparationibus totius anni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

## ΚΕΦΑΛ. ΙΒ.

## Περὶ τετράδων καὶ παρασκευῶν ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Νηστεύουσι δὲ καὶ ἑτέρας δύο ἡμέρας ἐν ἑκάστῃ ἑβδομάδι ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ Ἑρμοῦ, καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Ἑρμοῦ νηστεύουσιν, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ὁ Ἰούδας ἔλαβετο χρήματα, ἵνα παραδώσῃ τὸν Χριστὸν, καὶ συλλυποῦνται τῷ Χριστῷ διὰ τῆς νηστείας. τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῆς Ἀφροδίτης, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐσταυρώθη ὁ Χριστὸς, καὶ συλλυποῦνται τῷ Χριστῷ, διὰ τὸ λέγειν τὸν Χριστόν· Ὅταν ἀρθῇ ὁ νυμφίος ἀπ' αὐτῶν, τότε νηστεύουσιν οἱ ἐμοὶ μαθηταί.

## ΚΕΦΑΛ. ΙΓ.

## Περὶ τῆς προσευχῆς ὅλου ἐνιαυτοῦ.

Γενομένης ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ κυριακαῖς, ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ τοῦ Κρόνου, καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἑορταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὅλου, πρὸς ἑσπέραν εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες πορεύεσθαι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ὁμοίως πάντες οἱ Ἕλληνες καὶ γυναῖκες, καὶ παιδία ἐγείρονται τῷ πρωῒ, τουτέστι τῇ δευτέρᾳ ὥρᾳ μετὰ τὸ μεσονύκτιον, ἐν ἑκάστῃ κυριακῇ καὶ ἑορτῇ, πορεύεσθαι εἰς τὸν ναὸν, καὶ ἐῶσιν ἕνα παῖδα, ἢ μίαν παιδίσκην πρὸς τὸ φυλάττειν τὸν οἶκον. Καὶ παραμένουσι ἐκεῖνοι ἐκεῖ ἕως πρωῒ, ᾄδοντες, καὶ ἀνατέλλοντος ἡλίου ἐξέρχονται, καὶ πορεύονται εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, κάθηνται ἄεργοι, καὶ οὔτε ἐσθίουσιν τι οὔτε πίνουσιν, ἕως ἐννάτης ὥρας ἀπὸ μεσονυκτίου. Τῇ δὲ ἐννάτῃ ὥρᾳ ὁ ἱερεὺς προπορεύεται εἰς τὸν ναόν.

## ΚΕΦΑΛ ΙΔ.

## Περὶ τοῦ ἁγίου ἄρτου.

Καὶ ἑτοιμάζει τὰ ἀκόλουθα τῆς λειτουργίας, καὶ λαμβάνει ἕνα ἄρτον, ὃν γυνὴ, ἢ ἀνὴρ καθαρὸς ἐχθὲς ἐποίησεν. τουτέστιν, ὅστις ἄν-

θρωπος

## CAPUT XII.
### DE
# Quarta feria & ſexta paraſceve, toto anno jejunio dicata.

JEjunant ad hæc etiam aliis diebus duobus in qualibet ſeptimana per totum annum, die Mercurii puta & Veneris; illâ quidem, quod iſthac die Judas, ut Chriſtum proderet, pecuniam acceperit, & hoc jejunio teſtatum faciunt, Chriſti paſſionibus & afflictionibus ſeſe maximè condolere. Die Veneris verò jejunant, quia eadem die Chriſtus cruci affixus eſt, quo ipſo ſe Chriſti cauſa triſtitia affici oſtendunt, juxta pronunciatum Chriſti: Cum ſponſus ab ipſis fuerit ablatus, tum jejunabunt diſcipuli mei.

## CAPUT XIII.
### DE
# Orationibus totius anni.

MOre apud Græcos receptum eſt, ut diebus feſtis, dominicis, quolibet die Saturni, & reliquis per integrum annum feſtivitatibus, circa veſperam omnes Græci in templum ſeſe conferant. Similiter omnes Græci & fæminæ etiam cum liberis ſuis ſummo mane, hoc eſt, horâ poſt mediam noctem ſecundâ, ad templum frequentandum ſingulis non ſolùm dominicis, ſed & feſtis diebus aliis ſurgunt, domi interim puero vel puellâ aliquâ tantum ad cuſtodiam domus relictâ. Et perdurant illi in templo usque ad tempus matutinum, canentes hymnos; ortoque ſole exeunt, ac domum ſe recipiunt; ubi nihil operantes, quiete ſedent, & ab omni cibo & potu usque ad nonam horam ab ipſa inde media nocte abſtinent: hac autem hora audita, ſacerdos in templum præcedit.

## CAPUT XIV.
### DE
# Pane ſacro.

AC quæ ad ſacramenta conficienda pertinent, præparat, panemque accipit, quem vir, vel mulier aliqua, modo purus idem, mundaque